ſtantie ſpecieꝝ ⁊ generꝝ et ſpēs generis: quecunq̄ enī de p̄-
dicato dicunt̄: eadem et de ſubiecto dicunt̄. Silr aūt et dif
ferentiaꝝ rationem ſuſcipiunt ſpēs et indiuidua. Uniuoca
aūt ſunt quoꝝ et nomen cōe eſt ⁊ ratio eadem eſt: quare oīa
q̄ a ſubſtantijs et differentijs ſunt vniuoce predicant̄. Om-
nis aūt ſubſtantia videtur hoc aliquid ſignificare et in pri-
mis quidē ſubſtantijs indubitabile veꝝ eſt: qm̄ hoc aliquid
ſignificant indiuiduū enī, vnūq̄ numero eſt qd̄ ſ̄cat. In ſe-
cundis vo ſubſtantijs videt̄ quidē ſimplr ſub appellatiōis
figura hoc aliquid ſignificare. vt qn̄ quis dixerit hominem
eſſe aīal: nō tn̄ veꝝ eſt ſed magis quale aliquid ſignificat: ū

em̄ eſt vnū ꝙ ſubiectū eſt quemadmodū prime ſubſtantie:
ſ; de plurib⁹ hō dicit̄ et animal: nō aūt ſimpliciter quale qd
ſignificat quemad modū albū: nihil em̄ aliud ſignificat al-
bum ꝙ̄ qualitatem: genus autē et ſpecies circa ſubſtantiaꝫ
qualitatem determinant: quale em̄ quandam ſubſtantiā ſi-
gnificat: plus aūt in genere determinatio fit quā in ſpecie:
dicens em̄ animal plus complectitur ꝙ̄ hō. Ineſt aūt ſub-
ſtantijs nihil eē contrarium. Prime autem ſubē quid erit ꝯ-
rium: vt alicui homini nihil eſt contrarium: ſic vero nec ho-
mini nec animali aliquid erit cōtrarium. Nō eſt aūt hoc ſb-
ſtantie ꝓpꝛiū ſed erit multoꝝ aliorum nec quantitati: bicu-
bito em̄ nihil eſt contrarium: atuero nec decē nec alicui tali-
um: niſi forte quis dicat multa paucis eſſe cōtrarium: vł ma
gnū paruo determinatoꝝ ꝟo nullū nulli eſt contrariū. Vide
tur aūt ſubſtantia nō ſuſcipere magis et minus: dico auteꝫ
hoc nō q: ſuba nō eſt a ſubſtantia magis et minus: hoc eniꝫ
dictū eſt qm̄ eſt: q: vnaqueqꝫ ſuba hoc ipm̄ quod eſt nō dici
tur magis ⁊ minus ſubſtantia: vt hec ſubſtantia homo non
eſt magis aut minus homo neqꝫ ipſe a ſeipſo: neqꝫ alter ab
alio. Non enim eſt alter altero magis homo ſicut album al

tero dr̃ magis albũ: et bonũ alterũ altero magis bonũ. ſed
et ipm̃ a ſe magis et minus dr̃ vt corpus cũ ſit albũ magis al
bũ dr̃ eſſe ꝙ̃ prius: et cũ ſit calidũ: magis ⁊ minꝰ calidũ dr̃.
Subã vero nõ ſic dr̃: neq̃ eñ magis homo nũc hõ dicitur ꝙ̃
prius: neq̃ alioꝝ quiſꝙ̃ que ſube ſunt: quare nõ ſuſcipiet ma-
gis ſuba nec minꝰ. Maxime aũt ſube ꝓpriũ eẽ vide[illegible] cũ
vnũ et idẽ nũero ſit: ſuſceptiuũ ꝯrioꝝ eſt: et in alijs quidẽ nõ
habebit quis quicꝙ̃ qḋ ꝓferat quecunq̃ nõ ſunt ſube q̄ cuȝ
vnũ et idẽ numero ſit ſuſceptiuũ ꝯtrarioꝝ: velut color q̄ cũ
ſit vnũ et idẽ numero non erit albũ et nigrum: neq̃ eadẽ ac
tio et vna numero erit praua et ſtudioſa: ſilr̃ autẽ et in alijs
que nõ ſunt ſube. Suba aũt ipa cũ ſit vna et eadẽ nũero ca
pax ꝯtrarioꝝ eſt: vt q̄dam hõ vnus et idẽ nũero ſit aliqñ q̄-
dem albus aliqñ niger: ſit et calidus et frigidus: ⁊ prauus ⁊
ſtudioſus. In alijs aũt nullis aliq̄d tale eẽ videt̃ niſi fortaſ
ſis inſtet quis dicẽs: orationẽ ⁊ viſum hmõi eẽ: eadẽ eñ orõ
vera ⁊ falſa: et idem viſus verus et falſus eſſe videt̃: veluti
ſi vera ſit orõ ſedente aliquo ſurgente eo eadẽ falſa erit. Si-
militer autem ⁊ de viſu: ſi quis eñ vere putet aliquem ſede-
re: ſurgente eo falſum videt̃ ei habenti eundẽ de eodẽ viſu-

Sed ſi quis hoc ſuſcipiat: hoc tñ mõ differt Nam ea que in ſubſtantijs ſunt ipſa ꝑmutata ꝯrioꝝ ſunt ſuſceptibilia: frigidum eñ de calido factũ ꝑmutatũ eſt: alterũ eñ factũ eſt: ⁊ nigrum ex albo ⁊ prauũ ex ſtudioſo. Silr aũt ⁊ in alijs vnum quodqꝫ ꝑmutationẽ ſuſcipiens: eſt ſuſceptibile ꝯtrariorum. Oratio autem et opinio ipſa quidẽ immobilia omnino ꝑſeuerãt. Cũ ergo res mouent ꝯtrarietates circa eas fiũt. Orõ nãqꝫ ꝑmanet eadem eo ꝙ ſedeat aliqs. Cum vo et res mota ſit aliqñ quidẽ vera aliqñ falſa ſit. Silr aũt et in opiniõe Quapropter hoc ſolummõ ſubſtantie ꝓpriũ eſt qđ ſm ſui mutationẽ ſuſceptibile eſt ꝯtrarioꝝ. Si quis aũt hoc recipi piat orõnẽ et opinionẽ ſuſceptibile ꝯrioꝝ eſſe dicens nõ erit veꝝ hoc Oratio nanqꝫ ⁊ opinio nõ in eo ꝙ ipſa aliqđ recipiant contrarioꝝ ſuſceptibilia eſſe dicunt. ſed in eo ꝙ circa alterũ aliqua paſſio facta ſit. Nam in eo ꝙ eſt res vel nõ eſt in eo etiam oratio vera vel falſa dr: nõ in eo ꝙ ipſa ſuſceptibilis ſit ꝯtrarioꝝ. Simplr aũt a nullo nec oratio mouetur nec opinio: quapropter ſuſceptibilia non erunt ꝯtrarioꝝ: cũ nulla in eis paſſio facta ſit: veꝝ ſubã in eo ꝙ ipſa ꝯtraria recipiat ſuſceptibilis ꝯtrarioꝝ dr languorem et ſanitatẽ ſuſcipit: et

candorē ⁊ nigredinē: ⁊ vnumqđqꝫ taliū ipſa ſuſcipiendo cō trarium ſuſceptibilis eſſe dicitur. Quare proprium erit ſubſtantie cum vnum et idem numero ſit ſm̄ ſui mutationē cōtrariorū ſuſceptibile eſſe: de ſuba quidē hec dicta ſufficiant.

## Caput tercium. De predicamento quantitatis.

Quantitatis aliud continuum: aliud diſcretum. Et aliud quidem ex habentibus poſitionem ad ſe inuicem ſuis partibus conſtat: aliud autem ex non habentibus poſitionem. Eſt autē diſcreta quantitas vt numerus et oratio. Continua vero vt linea: ſuperficies: corpus: amplius autem preter hec et tempus et locus. Partium autem numeri nullus eſt communis terminus ad quem copulētur particule eius: vt quinqꝫ et quinqꝫ ſi ſunt ad decē particule ad nullum communem terminum copulantur: ſed ſemper diſcreta et ſeperata ſunt: ſed ⁊ tria et ſeptem ad nullum communem terminum copulantur: ſed ſemper diſcreta ſunt et ſeperata. Quapropter numerus quidem diſcretoꝝ eſt Similiter autem et oratio diſcretorum eſt. Qꝫ enim quantitas eſt oratio manifeſtum eſt ſillaba menſuratur longa ⁊ breuis. Dico au

tem cum voce orationem prolatam. Ad nullum enim com
munem terminum particule eius copolantur: non eĩ eſt cõ-
munis terminus ad quem ſillabe copulantur: ſed vnaqueqȝ
diuiſa eſt ſm ſeipſum. Linea enim continuorum eſt: potes
enim ſumere terminum communem ad quem particule eius
copulant: id eſt punctum: et ſuperficiei ad lineam: plani nam
qȝ particule ad quendam communem terminum copulan-
tur. Similiter autem et in corpore poteris ſumere commu-
nem terminum lineam et ſuperficiem aliquaȝ que corporis
particulas copulat. Eſt autem talium tempus et locus: pre
ſens enim tempus copulatur ad preteritum et ad futurum
Rurſus locus continuorũ eſt: locum eĩ quendam corporis
particule obtinent que pticule ad quendam cõem terminuȝ
copulant: ergo ⁊ loci particule que obtinẽt ſingulas corpis
pticulas ad eundem terminũ copulant ad quẽ et corpis p-
tes. Quapropter ꝯtinuus erit et locus: ad vnũ enim termi
num cõmunem eius particule continuantur. Amplius alia
quidem conſtant ex particulis que in eis ſunt poſitioneȝ ad
ſeinuicem habentibus: alia autẽ ex nõ habentibus poſitiõȝ
vt linee ꝙd eȝ pticule ad ſeinuicẽ hñt poſitionem: ſingulum

aũt eoꝝ ſitũ eſt alicubi et habet vñ aſſumas ꝛ aſſignes vnũ
quodqꝫ vbi ſitũ ẽ in plano ad quã ꝑticulã certe copulantur
Similiter autẽ et particule plani poſitionem quandam ha
bent: ſimiliter nanqꝫ oſtenditur vnumquodqꝫ vbi iacet ꝛ q̃
copulantur ad ſeinuicem. Sed et caliditatis ſimiliter et lo-
ci. In numero autem non poterit perſpicere quiſquam [illegible]-
q̃ꝫ particule eius poſitionem habeant ad ſeinuicem aliquã:
vt ſit ſitum alicubi aut alique particule ad ſeinuicem conne-
ctantur. Sed nec ea que tempis ſunt nil em̃ permanet parti
cularum temporis: qđ aũt nõ eſt ꝑmanens qm̃ habet poſitõ
nem: ſed magis ordinem quendam particularũ dices habe
re: vt aliud quidẽ temporis ſit prius: aliqđ ṽo poſterius: ſꝫ
et de numero quidem ſimiliter: eo ꝙ prius numeretur vnus
contra duo et duo contra tres: et ita ordinem quendam ha-
bebũt: poſitionem ṽo nullam ꝑticeps. Sed oratio ſimili-
ter: nihil em̃ partium ꝑmanet. Sed quod ſemel dictum eſt
hoc amplius ſumi non poteſt vel poterit. Quapropter nõ
erit poſitio particularum eius: ſiquidem nihil ꝑmanet. Alia
aũt itaqꝫ ex habentibus ad ſeinuicẽ partibus poſitionẽ cõ-
ſtant alia ṽo ex nõ hñtibus. Proprie aũt q̃ntitates ſunt ſo-

lum he quas diximus:alia ỽo omnia ſm accidens ſunt. Ad
hec eñ aſpicientes et alias dicimus q̄titates:vt multũ di-
citur albũ:eo ꝙ ſupficies multa ſit:et actio longa: eo ꝙ tem
pus longũ:⁊ multũ ſit et motus multus. Nec eñ horum
ſingulum per ſe quantitas dr̄: vt ſi q̄s aſſignet quanta ſit ac
ti[...]e diffiniet annuam. Vel ſic:aliquo mõ aſſignans et al
bũ quantũ ſit aſſignãs ſupficiem diffiniet. Quanta eñ ſup-
ficies fuerit tm̃ albũ eſſe dicis:quare ſolum ꝓprie et ꝑ ſe q̃n
titates dicunt̃ que dicte ſunt:alioꝝ vero nihil ꝑ ſe:ſed ſi for
te ꝑ accñs. Amplius quantitati nihil eſt ꝯtrarium. Indefi-
nitis eñ manifeſtũ eſt qm̃ nihil eſt ꝯtrarium: vt bicubito tri
cubito vel ſupficiei vel alicui talium nihil eſt cõtrariũ. Niſi
quis multa paucis dicat eſſe contraria: vel magnum paruo.
Horum autem nihil eſt quantitas ſed magis ad aliquid ſũt.
nihil enim per ſeipſum magnum vel paruum dicitur ſed ad
aliquid refertur. Nam mons quidem paruus dicitur miliũ
vero magnuꝫ:eo ꝙ hoc quidem ſui generis maius ſit illud
vero ſui generis minus:ergo ad aliquid eſt eorum relatio.
nã ſi ꝑ ſeipm̃ magnũ vel paruũ diceret̃ nunq̃ aliq̄s mons ꝑ
uus vel miliũ magnũ diceret̃. Rurſus in vico quidẽ plures

hominеs eſſe dicimus:in ciuitate ꝟo paucos:cū ſint eorum
multiplices:et in domo quidē multos:in teatro ꝟo paucos
cū ſint eoꝝ plures. Amplius bicubitū et tricubitū et vnum
qḋqꝫ taliū quantitatē ſignificat:magnum ꝟo vel ꝑuū q̄nti
tatem non ſignificat:ſed magis ſunt ad aliquid: qm̄ ad ali-
quid ſpectat magnum vel paruum. Quare manifeſtū eſt q
hec ad aliquid ſunt. Amplius ſiue aliq̄s ponat eſſe q̄ntita-
tes ſiue nō ponat : nihil tn̄ erit illis cōtrariū. Qꝫ em̄ non eſt
ſumere per ſeipm̄.ſed ad ſolam alterius refertur relationem
quō erit huic aliquid contrarij. Amplius ſi erunt magnum
et paruū: continget contraria ſimul eidem ineſſe:ea ipſa ſibi
met eſſe contraria. Continget em̄ ſimul idem magnum et ꝑ
uum eſſe:eſt em̄ magnū aliquid ad hoc: ad illud ꝟo paruuꝫ
Quare idē magnum et paruū et in eodem tempore: quare
ſimul ſuſcipit contraria. Sed nihil eſt ꝙ ſimul videaꝛ poſſe
ſuſcipere contraria vt ſubſtantia:ſuſceptibilis quidem con-
trariorum eſſe videatur:ſed tn̄ non ſuſcipit vno et eodē tp̄e
nam nullus ſimul ſanus et eger eſt:nec albus et niger ſimul
nihilqꝫ aliud ſimul contraria recipiet. Et eadē ſibipſis ꝯtin
git eſſe contraria Nam ſi eſt magnū paruo contrarium ipm̄

aũt idem ſimul eſt magnum et paruũ ipm ſibi erit cõtrariũ. Sed impoſſibile eſt ipm eſſe ſibi cõtrariũ. Non eſt igit̃ magnum paruo contrariũ: nec multũ exiguo vel pauco. Quare ſi nõ relatiuoꝝ hic quilibet dicat: tamẽ quantitas nihil hꝫ ꝯtrariũ. Maxime aũt circa locũ eſſe videtur cõtrarietas: ſurſum eñ ad id qđ deorſum eſt: contrariũ ponunt locũ qui in medio eſt deorſum dicentes: eo ꝙ multa diſtantia eſt medũ ad mundi terminos. Videtur aũt ⁊ aliorum contrarioꝝ diffinitionem ab his ꝓferre: que eñ multũ a ſe inuicẽ diſtãt eorum que ſub eodem gñe ſunt contraria determinant. Sed non videt̃ quantitas ſuſcipe magis et minus vt bicubitum: neqꝫ eñ eſt aliud alio magis bicubitũ: neqꝫ in nũero: vt ternarius ternario vl̃ quinarius quinario: nihil eñ magis tria dicunt̃ eſſe numerus ꝗ̄ quinqꝫ: nec tria potius ꝗ̄ quatuor. nec tẽpus aliud alio magis ⁊ minus dicit̃: nec in his q̃ dicta ſunt: omnino magis ⁊ minus dicunt̃: quare quantitas nõ ſuſcipit magis ⁊ minus. Propriũ aũt maxime quantitatis eſt quod equale vel inequale dicitur. Singulum eñ earũ que dicte ſunt quantitatum equale vel inequale dicitur. Ut corpus equale vel inequale: numerus equalis vel inequalis

dicitur: et tēpus equale vel inequale: ⁊ oratio equalis vel ine-
qualis: ſilr autem et in alijs que dicta ſunt: ſingulis equale:
vel inequale dr. In ceteris vero que quantitates non ſunt
non multum videbitur equale vel inequale dici. Nanqȝ af-
fectio equalr et diſpoſitio equalis vel inequalis dr nō mul-
tum: ſed magis ſilis et album equale ⁊ ineqle nō multū ſed
ſile dr. Quare ꝓpriū eſt quātitatis equale vl in equale dici

## Caput quartum. De predica- mento ad aliquid.

Ad aliquid vo talia dicunt q̄cunqȝ hoc ipm qd ſunt
aliorum dicunt: vel quomodolibet aliter ad aliud vt
maius id quod eſt alterius dr: aliquo eni maius dicit ⁊ du-
plum id quod eſt alterius dicitur: alicuius eni duplum dici-
tur: ſimiliter autem et alia quecunqȝ hmōi ſunt. Atuero eti-
am ſunt et hec ad aliquid vt habitus affectus diſciplina po-
ſitio. Hec eni omnia que dicta ſunt quidem hoc ipum quod
ſunt aliorum dicunt ⁊ non aliter ad aliud: habitus enim ali-
cuius eſt habitus: et diſciplina alicuius diſciplina: et poſitio
alicuius poſitio ſed et alia ſimiliter Ad aliquid ergo ſunt q̄-
cunqȝ hoc ipſum quod ſunt aliorum eſſe dicuntur. Ut quo-

modolibet aliter ad aliud: vt mons magnus dicitur ad alt
um montem: magnum em̄ ad aliquid dicitur. Et ſimile ali-
cubi ſimile: et omnia talia ſimiliter ad aliquid dicunt. Sūt
enim et accubitus et ſtatio et ſeſſio poſitiones quedam: poſi
tio vero ad aliquid eſt. Jacere autē et ſedere et ſtare ipe qui
dem poſitiones non ſunt: denominatiue vo ab illis que di-
cta ſunt poſitionibus nominant. Ineſt autem contrarietas
in relatione: vt virtus vicio contrarium eſt: cum ſit vtrunqꝫ
hoꝝ ad aliquid: et diſciplina ignorantie: non autem in rela-
tiuis oībus ꝯrietas eſt: duplici em̄ nihil eſt cōtrariū: neqꝫ tri
plici: neqꝫ alicubi taliū. Vid; aūt maius ꝛ minꝰ relatiua ſu-
ſcipere: ſile em̄ maius et minus dr: et inequale maius ꝛ minꝰ
cū vtrunqꝫ ſit relatiuū: ſile em̄ alicubi ſile dr: ꝛ inequale ali-
cubi inequale. Nō aūt oīa relatiua ſuſcipiunt maius ꝛ minꝰ
duplex em̄ nō dr maius et minus duplex: nec aliud talium.
Omnia em̄ relatiua ad conuertentiam dicunt: vt ſeruus do
mini ſeruus: dñs ſerui dominus: et duplum dimidij dupluꝫ
dimidium dupli dimidium: ꝛ maius minore maius: ꝛ minꝰ
maiore minus. Similiter autem et in alijs: ſed in caſu aliq-
ciens differt ſm loquutionē: vt diſciplina diſciplinati: diſci

plina dicit: ⁊ diſciplina cum diſciplina diſciplinatū: ⁊ ſenſus
ſenſati ſenſus et ſenſatum ſenſu ſenſatum. Atuero aliquoti
ens nō videt ꝯuerti niſi ꝯuenienter ad quod dr̄ aſſignetur.
Si em̄ peccet is qui aſſignat: vt ala ſi aſſignet auis nō con-
uertitur vt ſit auis ale. Neqꝫ em̄ prius conueniēter aſſigñtū
eſt ala auis: neqꝫ in eo ꝙ auis eſt ala auis dicit: ſed in eo ꝙ
alata eſt multoꝝ em̄ alioꝝ ale ſunt que aues nō ſūt. Quare
ſi aſſignet ꝯuenient et ꝯuertit vt ala alati ala et alatū ala a
latū Aliqñtiēs aūt forte ⁊ noīa fingere erit neceſſe. Si nō fue
rit impoſitū nomen ad qd̓ ꝯuenienter aſſignetur: vt remus
nauis ſi aſſignet nō erit ꝯueniens aſſignatō. Neqꝫ em̄ in eo
qd̓ eſt nauis in eo remus eius dicit. Sunt em̄ naues quarū
remi nō ſunt: quare nō ꝯuertitur: nauis em̄ nō dicit remi na
uis. Sed ꝯueniētior forte erit aſſignatio ſi ſic quodāmodo
aſſignetur: remus rei remite remus: aut quōlibet aliter dcm̄
ſit. Nomen em̄ nō eſt poſitum: ꝯuertit aūt ſi ꝯuenienter aſſi
gnetur remitum em̄ remi remitū eſt. Silr̄ aūt et in alijs: vt
ꝯuenientius caput aſſignetur capitati ꝙ̄ ſi alijs aſſignet: ne
qꝫ em̄ in eo ꝙ animal eſt caput habet: multa em̄ animalia ſt
capita nō habentia Sic aūt fortaſſe facilius ſumat: quibus

nomē nō eſt poſitū:ſi ab his q̄ prima ſunt:et ab his que con
uertuntur nomina imponant̄:vt in his que dicta ſunt:vt ab
ala alatum a remo remitum. Omnia ergo que ad aliqđ di-
cuntur ſi ꝯueniēter aſſignantur ad conuertentiā dicunt̄. Nā
ſi ad quodlibet aliud aſſignetur:et non ad illud ad quod di
citur non conuertunt̄. Dico autē quoniam neqꝫ horum que
indubitanter ꝯuertibilia dicuntur:et nomina eis poſita ſūt:
nihil eorum conuertitur ſi ad aliquid eorum que ſunt accñ-
tia aſſignentur et nō ad ea ad que dicunt̄. Ut ſi non dn̄i ſer-
uus:ſed hominis aſſignetur:hominis aut bipedis aut alicu-
ius talium nō ꝯuertitur. Nō eñ erit conueniens aſſignatio
Amplius ſi ꝯuenienter aſſignetur ad id qđ dicit̄ oībus alijs
circūſcriptis quecunqꝫ accidentia ſunt. Relicto ꝟo illo ſolo
ad quod ipſum aſſignatum eſt:ſemper ad ipm̄ dicetur. Ut ſi
ſeruus ad dn̄m dicatur:circumſcriptꝭ omnibus que ſunt ac-
cidentia dn̄o:vt eſſe bipedem vel ſcientie ſuſceptibilem vel
hominem. Relicto ꝟo ſolo domino:qꝛ dn̄s eſt ſemꝑ ad illū
ſeruus dicet̄:ſeruus enim ſemper domini ſeruus eſt. Si au
tem ſeruus non conuenienter reddat̄ ad id quod dicit̄ circū
ſcriptis oībꝰ alijs. Relicto ꝟo ſolo ad qđ ꝯuenient̄ reditur.

Si deus est animus nobis ut car-
mina dicunt.
Hic tibi p(re)cipue sit tibi pura
mente colendus
Omnia si perdas famam
servare memento.
Qua semel est amissa
postea nullus eris.



eſt nõ dicitur ad aliud. Aſſignet̃ em̃ ſeruus hominis et ala auis: ⁊ circũſcribatur ab hoie eſſe dñm: non iã ſeruus ad hominem dicet̃ cũ em̃ dñs nõ ſit: ſeruus nõ eſt. Silr̃ autẽ et de aui ſi circumſcribatur alatũ eſſe auis nõ erit ala ad aliquid: cum em̃ non ſit alatũ nõ erit ala alicuius. Quare oportʒ aſſignari ad id ad quod ꝯuenienter dicitur: et cum ſit nomen poſitum: facilis erit aſſignatio: ſi autez nõ ſit: fortaſſ[illegible]mẽ fingere neceſſe. Si autem ſic reddantur: manifeſtum eſt: qm̃ omnia relatiua conuerſim dicunt̃. Videt̃ omnia ad aliquid ſimul eſſe natura et in alijs quidẽ pluribus veꝝ eſt. Simul em̃ duplum eſt dimidium et cum ſit dimidiũ et duplum: et cũ ſit ſeruus dominus eſt et econuerſo. Similiter autem et his ſimilia: ſimul autem hec auferunt ſeſe inuicem: ſi em̃ nõ ſit duplum: dimidium nõ eſt: et ſi dimidium non eſt dupluʒ non eſt. Similiter autem et in alijs quecunqꝫ talia ſunt. Nõ autem in omnibus relatiuis verũ videtur eſſe ſimul natura. Scibile em̃ ſcientia prius eſſe videtur: nanqꝫ in pluribus ſb ſiſtentibus rebus ſcientias accipimus in paucis ꝟo vł nullis hoc quidem quiſqꝫ reperiet ſimul cum ſcibili ſciẽtiã eſſe. Amplius ſcibile ſublatum ſimul aufert ſcientiam: ſcientia ꝟo

nõ ſimul aufert ſcibile. Nam ſi ſcibile nõ ſit non eſt ſcientia
Scientia v͛o ſi non ſit: nihil ꝓhibet eſſe ſcibile: vt in circuli
quadratura ſi eſt ſcibilis ſcientia eius quidem nondum eſt:
illud v͛o eſt ſcibile. Amplius animali quidem ſublato nõ ē
ſcientia ſcibilium vero plura eſſe contingit. Similiter autē
his ſeſe habent et ea que de ſenſu ſunt: ſenſibile enim prius
ꝙ ſenſus eſſe videtur. Nam ſenſibile interemptum ſimul in-
teremit et ſenſum: ſenſus autē non ſenſibile ſimul interemit
Senſus enim circa corpus et in corpore ſunt. Senſibile v͛o
ſublatum aufertur corpus: ſenſibile enim corpus: cum vero
corpus nõ ſit perimitur et ſenſus: quare ſimul ſenſibile ſenſū
ꝑimit. ſenſus v͛o ſenſibile non ſimul perimit. Animali enim per
empto. ſenſus quidem peremptus eſt. Senſibile v͛o erit vt
corpus calidum dulce amarum ⁊ alia omnia quecunq; ſunt
talia. Amplius: ſenſus quidem ſimul cum ſenſato fit: ſimul
enim animal fit et ſenſus: ſenſibile vero ante eſt ꝙ ſenſatū
Ignis enim et aqua ⁊ alia huiuſmodi ex quibus animal cõ
ſtat: prius ſunt ꝙ ipſum animal ſit omnino et ſenſus. Qua
re priuſꝙ ſenſus ſenſibile eſſe videtur. Habet autem aliquā
dubitationem vtrum nulla ſubſtātia ad aliquid dicatur. quē

admodum videtur: an hoc quidem cõtingat: ſed quaſdam ſubſtantias ſecundas. Nam in primis quidẽ ſubſtantijs verum eſt. Nam neq; tote neq; partes ad aliquid dicũť. Nã aliquis homo non diciť alicuius aliquis homo: nec bos aliquis alicuius aliquis bos. Similiter autem et partes: quedam enĩ manus nõ dicitur alicuius quedam manus. Et quodam caput non dicitur alicuius hominis quoddam caput: ſed alicuius caput. Similiter autem et in ſecundis ſubſtantijs: atq; hoc quidem in pluribus: vt homo non dicitur alicuius homo: nec bos alicuius bos: nec lignum alicuius lignum: ſed alicuius poſſeſſio dicitur: atq; in hmõi quidem manifeſtum eſt: quoniam non ſunt ad aliquid. In quibuſdã vero ſubſtantijs ſecundis habet aliquis dubitationem: vt caput alicuius caput diciť: et manus alicuius manus dicituř ꝛ ſingula huiuſmodi: quare hec fortaſſe ad aliquid dicuntur Si ergo eoꝝ que ſunt ad aliquid ſufficienter diffinitio aſſignata eſt: aut nimis difficile eſt aut impoſſibile eſt ſoluere: ꝙ nulla ſubſtantia eorum que ſunt ad aliquid diciť. Si autẽ nõ ſufficienter ſed ſunt ad aliquid quibus hoc ipſm eſſe ẽ ad aliquid quodammodo ſe habere: fortaſſe aliquid cõtra iſta

dicetur: prior vero diffinitio ſequitur quidem omnia relatiua: non tamen hoc eis eſt eſſe ꝙ ſunt ad aliquid ꝙ ea ipſa q̄ ſunt aliorum dicunt. Ex his ergo manifeſtum eſt quod ſi aliquis aliquid eoꝝ que ſunt ad aliquid diffinite ſciet ⁊ illud ad qd̓ dr̄ diffinite ſaturus ē: qm̄ eoꝝ eſt que ad aliquid ſunt Palam itaqꝫ et ex hoc eſt: ſi em̄ nouit aliquis quidam quia ad al..uid ē: eſt aūt eſſe ꝙ ad aliqd ē ad aliqd quodāmō ſe hr̄e: et illud nouit ad quod hoc quodammodo ſe habꝫ. Si enim nouit et omnino ad quod hoc quodammodo ſe habꝫ neqꝫ nouit ſi ad aliquid hoc ꝙ modo ſe habꝫ. Sed in ſingulis palam eſt: vt ſi quis nouerit diffinite: quia eſt dupluꝫ et iām cuius eſt duplum mox diffinite nouit Si vero nihil diffinite nouerit hoc ipſum cuius duplum ſit neqꝫ ſi eſt duplū omnino nouit: ſimiliter autem et hoc aliquid ſi nouit: quia melius eſt diffinite in quo melius eſt diffinito neceſſarium ē noſſe quapropter palam eſt: quia neceſſarium eſt ꝙ ſi nouerit quis aliquid relatiuoꝝ diffinite et illud ad qd̓ dicit diffinite noſſe: caput vero et manus et horum ſingula qui ſbſtāt ie ſunt hoc ipm ꝙ ſunt poteſt ſciri diffinite: ad quod autem dicantur non eſt neceſſariū ſcire: cuius em̄ hoc caput vl̓ cuiꝰ

manus hec ſit nõ eſt diffinite dici: quare nõ erunt hec ad ali
quid: ſi vero non ſunt relatiuorum verum erit dicere: quia nulla ſub-
ſtantia relatiuorum eſt. Fortaſſe autem difficile ſit de huiuſ
modi rebus confidenter declarare niſi ſepe pertractata ſint:
dubitare aũt de ſingulis non erit inutile.

## Caput quinto de predicamento qualitatis.

Qualitatẽ vero dico ſm quã q̃dã q̃les dicimur. Eſt ãt
qualitas eorũ que dicuntur multipliciter: et vna q̃-
dẽ ſpecies qualitatis habitus diſpoſitioq; dicit. Differt au
tem habitus a diſpoſitione q permanẽtior et diuturnior ſit
tales ergo ſunt ſcientie ⁊ virtutes. Scientia enim videt eſſe
pmanẽtior ⁊ eorũ q̃ difficile mouent vt ſiquis mediocriter ſcẽ
tiam ſumat: niſi forte grandis pmutatio ſit facta vel ab egri
tudine vel ab aliq̃ hmõi. Silr aũt et virtus ⁊ iuſticia vel ca
ſtitas ⁊ ſingula taliũ: non vident facile poſſe mouẽ neq; p-
mutari. Affectões vero dicunt q̃ ſunt facile mobiles ⁊ cito p-
mutabiles vt calor ⁊ frigiditas egritudo ⁊ ſanitas: ⁊ alia hu
iuſmõi: afficit enĩ hõ q̃dãmõ circa eas. Cito ãt pmutat: ⁊ ex
calido frigid' fit: ex ſanitate i egritudinẽ trãſit: ſilr aũt et in

alijs quecunqꝫ ſunt ⁊ hm̃oi: niſi forte in his que ꝯtingit per tpis longitudinem in naturã cuiuſcunqꝫ trãſferri vt inſana bilis vel difficile mobilis exiſtat affectus quã iã quibus habitudinem vocet. Manifeſtũ eſt aũt qm̃ hec voluut habit⁹ vocari que ſunt diuturna vel difficile mobilia: nam in diſciplinis non multũ retinentes ſed facile mobiles dicunt̄ habitum non habere quamuis ſint ad diſciplinam melius peius vt diſpoſiti: quare differt habit⁹ a diſpoſitõne: qꝛ hoc quidẽ facile mobile eſt: illud ṽo diuturnũ et difficile mobile. Sũt autem habitus diſpoſitiones: diſpoſitiones ṽo non neceſſe eſt habitus eſſe: qui eñ retinent habituꝫ quodammõ diſpoſiti ſunt: ad ea que habent habitum vel melius vel peius q̄ autem diſpoſiti ſunt non omnino retinent habitũ. Aliud ṽo genus q̃litatis eſt: ſm̃ ꝙ pugillatores vel curſores: vl̄ egrotiuos: vl̄ ſanatiuos dicimus: et ſimpliciter quecunqꝫ ſm̃ naturalem potentiam vel impotentiaꝫ dicunt̄. Non eñ qm̃ ſic diſpoſiti aliquo modo vnumquodqꝫ huiuſmodi dicit̄: ſed qui habeant potentiam naturalem vel facere quid facile vl̄ nihil pati: vt pugillatores vl̄ curſores dicuntur nõ ꝙ diſpoſiti ſint: ſed habeant potentiam hoc facile faciendi. Sana

tiui aūt dicuntur eo ꝙ habeant potentiam naturalem vt ni
hil a quibuſlibet accidētibus patiant̄. egrotiui ꝟo eo ꝙ ha
beant impotentiam nihil patiendi. Similiter aūt ſe habēt
durū et molle: durū eñ dicitur ꝙ habeat potentiam nō citi
us ſecari: molle ꝟo ꝙ eiuſdem ipſius impotentiam habeat.
Tercia ꝟo ſpecies ſunt paſſibiles qualitates et paſſiones.
Sunt aūt hmōi: vt dulcedo: amaritudo: et auſteritas et oīa
his cognata. Amplius autem calor et frigus et albedo ⁊ ni
gredo. Et quoniam he qualitates ſint manifeſtuꝫ eſt. Que
cunqꝫ enim iſta ſuſceperint qualia dicunt̄ ſm ea: vt mel quo
niam dulcedinem ſuſcipit: dicitur dulce: ⁊ corpus albū: quo
niam albedinem ſuſcipiat: ſimiliter ſeſe habent et in ceteris
Paſſibiles vero qualitates dicuntur: non ꝙ ea que illas ſu-
ſcipiunt qualitates aliquid patiant̄ neqꝫ eñ mel quoniam
aliquid paſſum ſit idcirco dicitur dulce: nec aliquid aliō hu
iuſmodi. Similiter autem his calor ⁊ frigus paſſibiles qua
litates dicuntur: non ꝙ ea que eas ſuſcipiunt qualitates ali-
quid patiantur: ſed quoniaꝫ ſingulū eoꝝ que dicta ſunt ſm
ſenſuū qualitatem paſſionū perfecta ſunt paſſibiles qualita
tes dicunt̄. Dulcedo eñ paſſionem quandam ſm guſtū effi

cit: et calor ſm tactū: ſimiliter et alie: albedo autem et nigre-
do et alij colores nō ſimiliter his que dicta ſunt paſſibiles
qualitates dicunt ſed ad hoc ꝙ hee ipſe ab aliquibus paſſi-
onibus innaſcant. Qm̄ ergo fiunt propter aliquā paſſionē
multe colorum varietates vel mutationes manifeſtum eſt
erubeſcens enim aliquis: rubeus factus eſt: et timēs pallidꝰ:
et vnumquodqꝫ talium: quare vel ſi quis talium aliq̄d na-
turaliter paſſus eſt: ſimilem colorem oportet eum habere: q̄
enim affectio nunc ad verecundiam circa corpus facta eſt: et
ſm naturalem paſſionem eadem fit affectio dicitur natura-
lis color ſimilis eſt. Quecūqꝫ igitur talium caſuum ab aliq̄
bus paſſionibus difficile mobilibus ꝑmanentibus principi
um ſumpſerint paſſibiles dicuntur qualitates: ſiue enim ſm
naturalem ſubam pallor: et nigredo facta eſt qualitates di
cunt: q̄les eīm et ſm eas dicimur: ſiue eīm ꝓpter egritudinē
longam vel propter eſtum aut aliquid tale contingat vł ni
gredo vel pallor et non preter eas ſed in vita ꝑmaneat qua
litates iſte dicuntur. Similiter enim quales et ſm eas dici-
mur. Quecunqꝫ vero ex his que facile ſoluunt et cito trāſeūt
fiūt paſſiōes dicunt nō eīm dicimur ſm eas q̄les [illegible] ꝑ

pter verecūdiam rubeus factus ē:rubeus dicit̄:neq₃ cui pal
lor ꝓpter timorē euenerit pallidus dicitur:ſed magis ꝗ ali
quid paſſus eſt:quare paſſiões hmōi dicunt̄: qualitates ꝟo
minime. Silr aūt his et ſm animaȝ paſſibiles qualitates di
cuntur et paſſiones:quecunq₃ eñi mox innaſcēdo ab aliqui-
bus paſſionibus qualitates dicunt̄: vt dementia vel ira vel
aliqua hmōi quales eñi ſm eas dicimur iracundi ꝛ demē
tes:ſilr aūt & quecunq₃ alienationes non naturaliter:ſed ab
aliquibus caſibus facte ſunt difficile pretereuntes et immo-
biles et hmōi qualitates ſunt:quales eñi ꝛ ſcđȝ eas dicimur
Quecunq₃ ꝟo ex his que citius pretereunt fiunt:paſſiões di
cuntur:vt ſiquis ꝯtriſtatus iracundior fit:nō eñi dicit̄ iracū
dus qui in hmōi paſſiōe iracundior factus ſit:ſed magis ali
quid paſſus:quare paſſiones hmōi dicuntur qualitates mi-
nime. Quartū ꝟo genus qualitatis eſt forma: et circa aliqđ
conſtans figura. Amplius aūt ad hoc rectitudo et curuitas
et ſiquid his ſimile eſt:ſm autē vnūquodq₃ eoꝝ quale quid
dicit̄:triangulum ꝟo vel quadrangulum eſſe: quale quid di
citur:et rectum aut curuum:et ſm figuraȝ vnumquodq₃ di
cit̄r. Eaꝝ vero et ſpiſſum ꝛ aſperū et leue putabunt̄: quali

tatem ſignificare:ſed aliena hmõi putant eſſe a diuiſione q̃
circa qualitatem eſt:quando eñ poſitionez quodammodo
vident partium vtraqꝫ monſtrare. Spiſſum quidem eo ꝙ
ꝑtes:ipe ꝑpinque ſunt. Raꝝ ꝟo eo ꝙ diſtant a ſeinuicem:ꝛ
leue q̃dẽ ꝙ ꝑtes in rectũ ſubiacent:aſperum ꝟo ꝙ hic quidẽ
pars ſuperet illa vero ſit inferior:ſed fortaſſe alij q̃ñ appa-
rebunt modi qualitatis:ſed qui maxime dicunt hij ſunt:qua
litates itaqꝫ ſunt que p̃dicte ſunt. Qualia ꝟo dicunt q̃ ſm
hoc denominatiue dicunt:aut quomodolibet aliter ab his
vt a candore candidus:a grãmatica grãmaticus ꝛ a iuſticia
iuſtus:ſilr aũt et in alijs In aliquibus ꝟo eo ꝙ nõ ſint nomi
na poſita qualitatibus nõ ꝯtingit ea que dicunt ab his de-
nominatiue dici:vt curſor aut pugillator q̃ ſm naturalẽ po
tentiam dicuntur:a nulla qualitate denominatiue dicuntur
nõ eñ poſita ſunt noĩa valitudinibus ſm quas iſta dicũtur
ſicut in diſciplinis ſm quas pugillatores vel paleſtri ſm af
fectionem dicunt pugillatoria eñ diſciplina dr ꝛ paleſtria.
Quales ꝟo ab his denominatiue his qui afficiunt dicunt.
Aliq̃n aũt poſito noĩe denoĩatiue nõ dicit: id qḋ ſm eã q̃le
dr:vt a virtute ſtudioſus:virtutẽ habendo ſtudioſus dicit

ſed nō denominatiue a virtute:nō aūt in pluribus hoc tale eſt. Que ergo dicunt qualia aut denoīatiue a pdictis qualitatibus dicunt aut aliquo mō aliter ab his. Ineſt autē cōtrarietas ſm q̄ quale eſt: vt iniuſticie iuſticia ꝯria: ⁊ albedo nigredi ⁊ alia. Silr aūt ⁊ ea q̄ ſunt ſm eas qualia dicūt: vt iniuſtū iuſto:et albū nigro. Nō aūt in oībus hoc:rubeo eñ ⁊ pallido ⁊ hmōi coloribꝰ nihil eſt ꝯtrariū qualitatibus exiſtentibus. Amplius ſi ex ꝯrijs vnū fuerit quale hoc palā eſt qm̄ ⁊ reliquū erit quale ꝑpēdenti ex ſingulis alia pdicamenta:nā ſi eſt iuſticia iniuſticie ꝯria:q̄le aūt eſt iuſticia: q̄le igit erit iniuſticia:nullū eñ pdicamētoꝝ aptabit iniuſticie: vt q̄titatis:nec ad aliqd nec vbi:nec oīno aliqd ḋcꝫ ē niſi q̄le ſic autem ⁊ in alijs que ſm quale ſunt. Suſcipit aūt q̄litas magis ⁊ minꝰ:albū eñ maiꝰ ⁊ minꝰ alteꝝ altero dr:⁊ iuſtū alterū altero maius ⁊ minus dr:ſꝫ et ipa incremēta ſuſcipiūt cū candidū nāqꝫ ſit:amplius ꝯtingit candidū fieri:nō tñ oīa ſꝫ plura:iniuſticia nanqꝫ iuſticia ſi dicat maius aut minus pt q̄libet ambigere:ſilr ⁊ in alijs affectioībꝰ:q̄dā eñ dubitant ex talibus iuſticiā nāqꝫ a iuſticia nō multū aiūt maius aut minus dici:nec ſanitatē a ſanitate:minꝰ ꝯo alteꝝ altero ha

bere ſanitatē aūt et iuſticiā minus alterū altero hre Sic āt
ꝛ grāmaticā ꝛ alios affectus:ſed tū ea q̄ ſm ipos affectus in
dubitant recipiunt maius ꝛ min⁹:grāmaticior eni alter alte
ro dr:et iuſtior et ſanior ſic et in alijs. Triangul⁹ vo ꝛ q̄drā
gulus nō vident maius et minus ſuſcipere:nec aliqd aliaꝝ
figuraꝝ. Queamqꝫ eni diffinitionē trianguli vl circuli reci
piunt: oia ſilr trianguli ſunt ꝛ circuli. Eoꝝ vo q̄ nō recipiūt
nihil maius alteꝝ altero dr:nihil eni quadratū maius q̄ʒ al
tera pte longior forma circulus eſt:nullū eni illoꝝ recipit cir
culi rationē. Silr aūt ſi vtrūqꝫ nō recipit huius ꝓpoſiti rō
nē nō dr alteꝝ altero magis:nō ergo oia qualia recipiūt ma
ius ꝛ minus:hoꝝ itaqꝫ pdicta ſunt nihil ꝓpriū eſt qualitatis
Silia vo ꝛ diſſimilia ſm ſolas dicunt q̄litates ſile eni ꝛ diſ
ſile alteꝝ alteri nō eſt niſi ſm quale: q̄re ꝓpriū erit qualitatis
ſm eā ſile vl diſſimile dici. At vero nō decet ꝯturbari ne q̄s
nos dicat de q̄litate ꝓpoſitionē facientes multa de relatis
interpoſuiſſe:habitus eni et diſpoſitiōes eoꝝ que ad aliqd
ſunt eſſe dicebamus. Pene eni in omnibus talibus genera
ad aliquid dicunt:nihil aūt hoꝝ que ſingularia ſunt:nam eū
diſciplina genus ſit ipm qd eſt alterius dr:alicui⁹ eni diſci

plina dicit: eo͞p que ſingula ſunt: nihil ip̄m q̄ alterius eſt d: vt grāmatica nō dr̄ alicuius grammatica: nec muſica alicui⁹ muſica: ſed forte ſm genus ⁊ nō ad aliquid dicit: vt grāmatica dr̄ alicuius diſciplina: nec alicuius grammatica: et muſica alicuius diſciplina nec alicuius muſica. Quapropter q̄ ꝑ ſe ſingula ſunt nō ſunt ad aliqd: dicunt em̄ q̄les ſm ſingula hec em̄ habemus. Scientes em̄ dicimur eo q̄ habemus ſingulas ſcientias: quare hec erunt tunc qualitates que ſingularium ſunt ſm q̄s quales dicunt: he aūt nō erūt eo͞p que ſunt ad aliquid. Amplius ſi contingat hoc ip̄m quale et relatiuū eſſe nihil ē inconueniēs in vtriſq: hoc generibus annūerare.

## Capitulum ſextum de predicamētis actionis et paſſionis.

Ecipiunt autē facere ⁊ pati ꝯtrarietates ⁊ maius et minus. Calefacere em̄ ad frigidum facere ꝯtrariū ē: et calefieri ad frigidū fieri: et delectari ad ꝯtriſtari. Jdcirco actio et paſſio recipit cōtrariatatem: ſed et magis et minus calefacere em̄ magis ē et minus ⁊ calefieri magis ⁊ minus: et ꝯtriſtari magis et minus. Recipit ergo magis ⁊ minus facere et pati: de his tanta dicant. Dictū eſt aūt ⁊ de ſitu in his

q̄ ad aliq̄d ſunt: q̄a denoīatiue a poſitionibus dicunt̄: de re liquis autē id eſt q̄n̄ ⁊ vbi: et habere eo ꝙ manifeſta ſunt nihil ꝺ his aliud dicunt̄: q̄m̄ que in principio dicta ſunt: quia habere vel ſignificat calciatum eſſe vel armatum. vbi autē in loco eſſe: ſed ⁊ alia que de his dicta ſunt: de propoſitis generibus que dicta ſunt ſufficiant.

## Tractatus tercius de poſtp̄dicamentis q̄nq; habet capl'a. Primum ꝺ primo poſtpredicamento ſcilicet oppoſitione.

Quotiens aūt ſolet opponi dicendū: dicit̄ aūt alteruȝ alteri opponi quadrupliciter: aut vt ad aliquid: aut vt contraria: aut vt habitus et priuatio: aut vt affirmatio ⁊ negatō Opponit̄ aūt vnumquodq; eoꝝ vt ſic figuratim dicere: vt relatiua: vt duplum dimidio: vt contraria vt bonum malo: ſm̄ priuationem et habitum: vt cecitas viſui: vt affirmatio et negacio: vt ſedere non ſedere. Quecunq; enim vt relatiua opponuntur ea ipſa que ſunt oppoſitorum dicūtur aut quomodolibet aliter ad aliud vt duplum hoc ipſum ꝙ eſt alterius dicitur. alterius enim duplum dicitur: ſed et diſciplina et diſciplinatum tanq̄ relatiua oppoſita ſunt: et di

citur diſciplina hoc ipſum quod eſt diſciplinati: ſed diſcipli
natum ipſum quod eſt alterius oppoſitum dicitur id eſt ad
diſciplinam: diſciplinatum enim aliquid dicimus diſciplina
diſciplinatum. Quecunqꝫ ergo oppoſita ſunt tanqꝫ ad ali-
quid: ipſa que ſunt aliorum dicuntur: aut quocunqꝫ modo
ad ſeinuicem. Jlla vero que vt contraria: ipſa quidem que
ſunt ad ſeinuicem nullo modo dicuntur. Contraria vero ſi-
bi inuicem dicuntur: neqꝫ enim bonum mali dicitur eſſe bo-
num ſed contrarium: nec album nigri album: ſed contrariuꝫ
differunt hec ergo a ſeinuicem. Quecunqꝫ vero contrarioꝝ
talia ſunt: vt in quibus nata ſunt fieri: ꝛ de quibus principa
liter neceſſariū eſt alteꝝ eoꝝ ineſſe: nihil eoꝝ mediū ē. Quo
rū aūt nō eſt neceſſariū alteꝝ ineſſe. horū omniū eſt aliqđ me
dium omnino: vt languor ꝛ ſanitas in corꝑe animalis natu
ra habent fieri et neceſſarium eſt alteꝝ ineſſe in corpore ani-
malis: ſed et par et impar de nullo ꝑdicant et neceſſariū eſt
alterū in numero eſſe ꝛ habūdans aut ꝑfectum et nihil eſt in
medio eoꝝ neqꝫ inter languorem et ſanitateꝫ: neqꝫ inter ab-
undantem et ꝑfectum. Quoꝝ non eſt neceſſariū ineſſe alteꝝ
eſt eoꝝ aliquid medium: vt nigrū et album in corꝑe natura

habent fieri et non eſt neceſſariū alterū horum eſſe in corpe non eñ omne corpus albū aut nigrum eſt; ſed et prauum et ſtudioſum predicat quidē de homine ⁊ de alijs multis: ſed non eſt neceſſariū alterum horum ineſſe vel de quibus p̄dicatur: non eñ omnia vel praua vel ſtudioſa ſunt: et eſt horum aliquid medium. Albi quidē et nigri ⁊ fuſcū et pallidum et qui... alij colores ſunt: praui v̄o et ſtudioſi qđ neq; prauum neq; ſtudioſum eſt. In aliquibus itaq; nomina poſita ſunt his que media ſunt vt et albi et nigri et fuſcus et pallidum. In aliquibus autem nomina quidem in medio aſſignare idoneū nō eſt: ſed ꝑ vtrorūq; ſummoꝝ negatione qđdam mediū aſſignatur: vt qđ neq; bonū: neq; malū: neq; iuſtum: neq; iniuſtū. Priuatio v̄o et habitus dicitur circa idē aliquid: vt viſio et cecitas circa oculum: vniuerſaliter autē dicere eſt in quo naſcitur habitus fieri circa idem hoc dicit vtrunq; eorum ordinem. Priuari autem tunc dicimus vnū quodq; habitus ſuſceptibiliū quando id quod natum ē habere nullo modo habet. Edentulū eñ non dicimus qui nō habet dentes: nec cecum qui non habet viſum ſed qui qñ cō tingit habere et non habet. Quidē eñ gñatiōes neq; v..

neq; dentes habent: ſed non dicuntur edentati neq; ceci: priuari ergo et habere habitū nō eſt habitus et priuatio: habitus enī eſt viſus priuatio vō cecitas: hr̄e enī viſum nō ē viſus: nec cecum eſſe cecitas eſt: priuatio enī quedam cecitas ē cecum enī dicere priuari non eſt priuatio: nam ſi etiam idem eſt cecitas et cecum eſſe: vtraq; de eodem predicarent. Nūc vero minime ſed cecus dicitur homo: cecitas vero nullomodo dicitur. Oppoſita etiam hic videntur eſſe id eſt priuari: et habere habitum tanq̄ priuatio et habitus. Modus enī oppoſitionis idem eſt. nam ſicut cecitas viſui oppoſita ē ſic cecū eſſe ad viſum habere oppoſitū eſt. Nō eſt aūt q̄ ſub affirmatione iacet affirmatio aut negacio: affirmatō nāq; oratio eſt affirmatiua: ⁊ negatio eſt oratio negatiua. horū vō que ſub affirmatiōe ⁊ negatione ſunt nullū eſt oratio. Cōcedatur aūt hec eſſe oppoſita alterutris tanq̄ affirmatio ⁊ negatio. Nā in his modus oppoſitiōis idē eſt: ſicut affirmatio enī ad negationē eſt oppoſita: vt qḋ ſedet ad id qḋ nō ſedet ſic res q̄ ſub vtroq; eſt poſita id eſt ſedere ad nō ſedē. Qm̄ aūt priuatio et habitus nō ſic opponūtur: vt ad aliquid manifeſtum eſt: Neq; enī dicitur viſus: hoc ipm̄ qḋ eſt oppoſiti

viſus em̄ nō eſt cecitatis viſus:nec alio vllo mō dr̄ ad ipm̄. Silr̄ aūt neq̄ cecitas dr̄ viſionis cecitas:ſed ꝑuatio quedā viſionis cecitas dr̄. Amplius ad aliquid oīa reciproca dicū tur:quare ⁊ cecitas ſi eſſet eoꝝ que ad aliq̇d ſunt:vtiq̄ ꝯuer tereť ad illud ad qđ dr̄:ſed nō ꝯuertiť:neq̄ em̄ dr̄ viſus ce-citatis viſus. Qm̄ autē neq̄ vt ꝯtraria opponunť ea q̄ ſm̄ habi m et priuationē dicunť ex his manifeſtū eſt. Quorū em̄ ꝯtrarioꝝ nihil eſt medium neceſſe eſt in quibus nata ſūt fieri:aut de quibus ꝑdicanť alteꝝ in eſſe ſemꝑ. Hoꝝ enim ni hil erit mediū quoꝝ alteꝝ neceſſariū ē ineſſe ſuſceptibili: vt in languore et ſanitati et abundanti ⁊ ꝑfecto:quoꝝ xͦo ali-quid eſt medium nunq̄ neceſſitas eſt omni ſuſceptibili alte rū ineſſe neq̄ em̄ neceſſe eſt omni ſuſceptibili candidum vl̄ nigrum eſſe:neq̄ frigidū nec calidū. Horū em̄ mediū aliqđ nihil ꝓhibet eſſe hoꝝ autem aliquod medium eſt: quoꝝ nō erit neceſſarium alterum ineſſe ſuſceptibili. Propterea qui-bus naturaliter eſt vnum ineſſe:vt igni calidum eſſe et niui candidū eſſe. In his aūt et determinate et neceſſario alteꝝ ineſſe ⁊ alteꝝ nō ꝯtingit. Nō em̄ poſſibile ē ignē [illegible] eſſe neq̄ niuē nigrā eſſe. Quare omni ſuſceptibili quid ē nō

neceſſariũ alterũ eorum ineſſe ſed ſolum cuilibet naturalit
vnum ineſt ⁊ vnum determinate his non alterum contingit
In priuatione vero et habitu nihil horũ que dicta ſunt veꝝ ẽ
eſſe. Neq; enĩ ſemꝑ ſuſceptibili neceſſariũ eſt alterũ eoꝝ in-
eſſe. Qđ enĩ nõdũ habet naturam ad videndũ: neq; cecus ne
q; viſum habens dicitur. Ideoq; nõ erunt hec talium ꝯtra
riorum: quorum nihil eſt medium. Sed neq; hoꝝ [illegible]oꝝ ali
quid eſſe mediũ: neceſſarium eſt omni ſuſceptibili alterũ eo
rum ineſſe. Quando enim iam natum fuerit ad habendam
viſionem. Aut cecus aut habens viſionem dicitur. et horũ
determinate alterũ ſed alterũ ꝯtingit. In ꝯtrarijs aũt in q-
bus eſt mediũ nunq̃ neceſſariũ fuit oi ſuſceptibili alteꝝ ineſ
ſe: ſed quibuſdã et his determinate vnũ. Vñ palã eſt ꝙ ſm
neutrũ modum tanq̃ ꝯtraria oppoſita ſunt ea quo ſm ꝑua
tionẽ et habitũ opponunt. Amplius in ꝯtrarijs quidẽ exiſtẽ
te ſuſceptibili poſſibile eſt etiam in alterutrum fieri mutatõ
nẽ niſi alteꝝ naturaliter inſit vt igni calidũ eſſe. Nãq; ꝙ ſa-
nũ eſt poſſibile eſt languẽ ⁊ candidũ nigrũ fieri: et calidum
frigidũ fieri: ⁊ ex prauo ſtudioſum ⁊ ex ſtudioſo prauũ poſ
ſibile ẽ fieri. Prauũ vero ad meliores actões ductus ⁊ ad do

ctrinas; vel ad modicū aliqd ꝓfuerit vt melior ſit. Si ꝟo ſꝑ
vel modicū cremētū ſumpſerit: palā ē q2 aut ꝑfecte mutabi
tur aut ſatis multū crementū ſumet: ſi eñ mobilior ad ꝟtu
tem fiat: vl' qdcūq3 crementū ſuſceperit a p̄ncipio ex hoc eti
am veriſile eſt. Amplius eñ ſumere cremētū ⁊ h' dū ſit ꝑfcē
ꝯtrariū habitū reſtituet: niſi forte tp̄e ſuſpēſum ſit. Uex̄ i p̄
uatiōe habitu impoſſibile ē mutationē in alterutrū fieri:
ab habitu in priuationē fit mutatio: a p̄uatiōe ꝟo ipoſſibile
eſt: neq3 cecus factus iteꝝ videt: neq3 cū caluus erit iterū co
matus eſt: neq3 cum eſt ſine dentibus iterū orti ſunt dentes
Quecunq3 ꝟo tanq3 affirmatio et negatio oppoſita ſūt: pa-
lam eſt q nullo modo ꝝ iſtoꝝ oppoſita ſunt. In ſolis eñ iſt'
neceſſariū ſꝑ quidē aliud eoꝝ eſſe verū aliud falſum. Neq3
in ꝯrīis neceſſariū aliud eſſe verū aliud eſſe falſum. Neq3 in
his q̄ ad aliqd ſunt: nec in habitu nec in p̄uatione: vt ſanitas
et languor ꝯtraria ſunt: et neutrū neq3 falſum neq3 verū eſt
Silr' aūt ⁊ duplū ⁊ dimidium tanq3 relatiua oppoſita ſunt ⁊
nō eſt eoꝝ alteꝝ veꝝ neq3 alterum falſum. Sz neq3 ea q̄ ſm
p̄uationē et habitū oppoſita ſunt: ſicut viſus ⁊ cecitas. Oino
āt eoꝝ q̄ ſm nullā cōplexionē dicunt: nihil enim neq3 verū

